Carmētis

Ytalus Rex

Iſta Carmētis fuit filia euandrij. q̄ et litteras latinas inuenit. Abcdefghiklmnopqrſtvx.

Iſte Salmon filius Naaſon. nat⁹ eſt anno mōdi ſcdm. lxx. interpretes. 3725. hoc eſt ante natiuitatē xp̄i. 1474. Hic fuit dux in tribu Juda vt in numeris legit. et cū Joſue terraȝ promiſſionis intrauit ſcdm gloſam duxit in matrimoniū Rahab meretricē vel vt Lyra vult hoſpitalariā. Joſue. 2. capit°.

Ytalus rex iuxta Albulam fluuiū id eſt tyberim ciuitatem condidit in qua regnauit. vbi poſtea condita Roma fuit. a quo tota ytalia nūcupata.

De iſto Rechab deſcēdit ſtirps valde religioſa q̄ iſto tp̄e fuiſſe creditur: Hic de yetro cognato Moyſi deſcendit. ⁊ conuerſus fuit ad Judaiſmum.

Rechab

Linea chriſti
Salmon

Hec ciuitas antiquit⁹ Zenereth alias Cynaroth vocata ad littora maris ſita Tyberiadis dicti inter orientem et auſtrum ad duas leucas a bethulia monte diſtās vbi Judith holofernem occidit. Deinde ab herode Tetrarcha gallilee inſtaurata: in honoreȝ Tyberij Ceſaris Thiberiadis appellata. nūc Tyberias eſt vocata in ea xp̄s Mattheū in apoſtolatū aſſumpſit. Olim habuit epiſcopum cui mare galilee ſubiectū erat. Prope hanc ciuitatē balnea naturaliter calida eſſe p̄hibēt. Et in ea terminat regio decapoleos a deceȝ ciuitatibus principalib⁹ dicta. Jn ea regione nō longe a Tyberiade eſt lacus aſphaltides q̄ p̄pter magnitudinē ⁊ aque immobilitatē mortuū mare dicit. Naȝ neq̧ ventis mouet reſiſtente turbinib⁹ bitumie: quo aqua ſtagnatur Neq̧ nauigatiōib⁹ patiēs eſt. Quoniā oīa vita carētia in profundū mergunt. Nec materiā vllā ſuſtinet niſi que alumine illuſtrat. Aſphaltides nihil preter bitumē gignit. Vn̄ ⁊ nomē. Nullū corpus aīalium recipit Thauri cameliq̧ fluitant. Jnde fama nihil in eo mergi: Longitudie excedit centū milia paſſuuȝ. Latitudine maxima vigintiquiq̧ implet. minima ſex.

Tyberias al's Tyberiadis